



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

2. De Ioannis testimonio Christo baptizanti dato, & martyrio Ioan. 3. Matth.  
14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

De Ioannis testimonio Christo bapti- II.  
zantidato, & martyrio.

Io. 3.

I. **C**hristo Domino in Iudaea de-  
morante cum discipulis & bap-  
tizante, cum discipuli Ioannis quære-  
rentur de maiore hominum ad baptis-  
mum Christi concursu : clarissimum  
iterum Christo Ioannes perhibuit te-  
stimonium, afferens, ipsum esse verū  
Messiam , verum Sponsum Ecclesiæ,  
de cœlo venisse , super omnes esse,  
ut potè unigenitum filium Dei , cui  
pater omnia dederit in manus , aë  
proinde illum debere crescere , se au-  
tem minui. idque quanto gaudio &  
gloria Christi, & zelo eam latius pro-  
pagandi, & suos discipulos omnes ad  
ipsum pertrahendi ? ô quantum ma-  
lum illa discreta æmulatio , & de alio-  
rum in diuina gloria & salute anima-  
rum propaganda felici successu inui-  
dia ! quam longè illa abest à veris  
Dei seruis, qui gaudent cum Ioanne  
& Apostolo Deum glorificari , siue  
per se , siue per alios , non quæ-  
rentes suam , sed purè eius gloriam !

Fuga.

D.

Fuga inuidiæ , sincerus zelus gloriae  
Dei.

II. Iesus ob inuidiam Pharisæorum  
Iudæam deserit, & in Galilæam redit:  
quām paterno erga cæcos illos cauili-  
atores commiserationis affectu? doc-  
cens nos exemplo suo inuidiæ maleu-  
lorum ex charitate ceden-  
dum, amputando & præcauendo om-  
nes cauillandi occasiones. Mansuetu-  
do, compassio erga maleuolos.

*Mat. 14.* III. Ioannes sub idem ferè tempus  
ab Herode , ob reprehensum eius  
adulterium , in carcerem coniectus,  
ac postea , eiusdem iussu, decollatus,  
sanguine suo testimonium de Chri-  
sto perhibitum confirmauit , quanto  
gaudio ac martyrij desiderio ! quanto  
zelo gloriae Christi : congratulatio,  
zelus imitandi.

### III. De conuersione Samaritana.

*Io. 4.*

I. Iesus cum ē Iudæa in Galilæam  
rediret, transiens Samariam ve-  
nit in ciuitatem Samariæ , quæ dici-  
tur Sichar, vbi erat fons Iacob, super  
quem cum fatigatus ex itinere sede-  
ret.